

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1458

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 32 / ARTEM 1889

**Auteur(s) :** Richard II, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Chartres, Saint-Père (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1021-1025]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard II donne à Saint-Père de Chartres un droit de gîte et une terre à Léry ;

— en Cotentin, Théville avec l'église et les dépendances ;

— dans le Lieuvin, une pêcherie dans la Touque le samedi soir et le dimanche ; dans la Seine pendant quinze jours, huit traits de pêche des sennes du duc, deux aux Damps, quatre à Elbeuf, deux à « Fossam Herluini ».

— Il dispense les moines de verser le tonlieu dans tous les marchés du duché.

— Il leur donne une maison à Caen et l'église Saint-Georges [-Motel] dans le Dreugesin.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 32, p. 120-122.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir M. Fauroux, p. 121.

Texte établi d'après a

(Chrisme) In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Ego Richardus, Normannorum comes humillimus, dum catholicæ religionis scripturam audiens per verba ammonitionis exponi, hujus transitoria perpetuaque, scilicet sæcularis et cælestis, conditionem acquisitionis mecum tacitus reputarem quæ harum prestantior firmiorque consisteret, tunc per divinæ illustrationem gratiæ, istius fluctuationis motionem, illic vero stationis vocationem esse percepi. Deinde, simili ratione, in propatulo constitit non humane sed potius divine esse concessionis me tantæ imperiositatis dominio sublimari, nec ob aliud nisi ad sanctæ matris ecclesiæ defensionem et constituendam juris publici normalitatem. His ita per rationis indagacionem cognitis, veritus sum ne illud ewangelicum : « omnis arbor que non facit fructum bonum excidatur et in ignem mittatur » mihi infructuoso deputaretur, si non per bonorum emolumentorum fructificationem cælestis acquisitionis consecutor fieri meruissem, nec sanctæ æcclesiæ congregationem, probitatis exemplo, ad meliora revocarem. Ac memor illius quod dicitur : « Habentes donationes secundum gratiam quæ data est vobis » possessionis mihi divinitus concessæ Deo portionem dare decrevi, quia qui in Christo thesaurizat non ignorat cui congregabit ea. Quapropter, cunctis Christi fidelibus innotescat qualiter ego supradictus Richardus, pro animæ meæ parentumque meorum remedio, tradidi Sancto Petro Carnotensis cænobii et monachis ibidem servientibus quandem hospitalitatis receptionem, cum terra cæterisque suppellectilibus, in

villa Lereti ; in comitatu Constantin dicto, villam Teth, cum ecclesia et molendinis omnibusque appendiciis, ritu videlicet consuetudinario in pristinorum loco decretorum perpetualiter existendo ; et in comitatu Lesvin, piscatoriam in fluvio Tolca, per sabbati vesperum et diem dominicum integrum ; in Sequana vero, cum dierum noctiumque continuatione a summo sabbati diluculo usque ad eundem feriæ secundæ terminum, tractus .VIII. mearum saginarum, duarum scilicet in portu Dancs et quatuor in portu Guellebo, duarum ad fossam Herluini et ut in omnibus mercimoniis ubivis locorum meæ potestatis agendis nichil telonei persolvant, pro Christi amore perpetualiter perdonavi. In villa quoque Cadon, supra memorati cænobii monachis, quandam mansionem cum omnibus intrinsecus et extrinsecus appenditii traditi, eo rationis tenore ut ex illis ceterisque rebus pretitulatis, absque omni contradictionis molestia, liberam habeant potestatem retinendi.

S. Richardi comitis. S. Rotberti clerici.

S. Gonnoridis comitisse. S. Rotberti archiepiscopi.

S. Richardi filii ejusdem comitis. S. Herberti episcopi.

S. Rotberti filii ejusdem similiter. S. Teoderici abbatis.

S. Guillelmi filii ejusdem. S. Hunfriedi.